

Nota. Hic fuit ritus consecrationis Levitarum, ut ex textu patet. Primò, Moses aspergit eos aqua Instrationis. Secundò, raserunt ipsi omnes pilos carnis suae. Tertio, laverunt vestes suas. Quarto, obtulerunt boves duos, unum immolandum pro peccato, alterum in holocaustum. Quintò, Moses eos stitit Deo in tabernaculo, coram toto populo. Sextò, filii Israel suas manus eis imposuerunt. Septimò, Aaron ritu *tenupha*, de quo v. 15, obtulit Levitas, quasi munus populi, Deo, ad serviendum ei in tabernaculo. Octavò, Levitæ suis bobus duobus imposuerunt manus, quos deinde Aaron immolavit orans pro Levitis.

Tropol. S. Greg. lib. 5 Mor. 25, et ex eo Rupert.: *Pili carnis, ait, sunt quælibet superflue humanæ corruptionis. Oportet ergo Levitas pilos carnis radere: quia is qui in obsequiis divinis assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere. Unde et Levitarum pili radi præcepti sunt, non ex illi: vas enim pili in carne radices remanent, et crescent iterum, ut reciduntur: quia magno quidem studio superflue cogitationes amputandæ sunt, sed tamen funditis amputari non possunt: semper enim caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro sollicitudinis recidat.*

VERS. 8. — TOLLERE BOVES DE ARMENTIS, UT TIBI, O MOSES, CUM OFFERAT IMMOLANDUM IN HOLOCAUSTUM, Sicutialterum offerent, quem tu pariter ab eis accipies, immolandum pro peccato.

VERS. 10. — CUMQUE LEVITÆ FUERINT CORAM DOMINO, PONENT FILII ISRAEL MANUS SUAS SUPER EOS, UT HÆC MANUUM IMPOSITIONE SIGNIFICENT ET TESTENTUR, QUAE LEVITAS CONTRIBUTES SUOS à se abdicare, et Domino quasi munus aut sacrificium offerre, in ejusque dominium et ministerium transferre. Erant enim Levitæ munus et oblatio populi, perinde ac bos erat victima. Vide dicta Levit. 4, 4. Unde sequitur:

VERS. 11. — OFFERET AARON LEVITAS. Hinc colligitur, Aaronem obtulisse et consecrassè Levitas, non verò Mosen. Idem patet v. 21. Hæc enim consecratio Levitarum propriè ad pontificem pertinebat; pontifex autem erat Aaron. Quod ergo dicitur Mosi v. 12, *facies*, id est, immolabis, bovem pro peccato; et v. 13, *consecrabis*, intelligi, jubebis immolari et consecrari, scilicet per Aaronem. Obtulit ergo Moses Levitas Aaroni: Aaron autem obtulit et consecravit eos Deo, comprecante tamen simul Mose.

VERS. 15. — POSTEA INGREDIENTUR TABERNACULUM FODERIS. Hebr. *ingrediantur ad ministerium suum in tabernacula foderis*, videlicet ut illud portent, ut dictum est cap. 4, nec enim aliud erat officium Levitarum: nam sacrificare, accendere lucernas, adolere thymiamam, ponere panes propositionis in mensâ, hæc, inquam, solum sacerdotum erant munia.

CONSECRABIS EOS IN OBLATIONEM. Hebr. *elevabis*, vel *agitiabis eos agitatione*, sive ritu et caeremoniâ *tenupha*, scilicet agitando, et modicè elevando eos ad quatuor

## CAPUT IX.

1. Locutus est Dominus est ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terrâ Ægypti, mense primo, dicens:

plagas mundi, in modum crucis, ut significetur eos offerri Deo, qui totius mundi est dominus, de quo ritu dixi Levit. 7, 50. Hinc patet, hoc certo ritu elevatis fuisse levitas, quo et victimæ elevabantur. Idem clarissè indicat noster interpres v. 21. Hinc etiam verisimile est, non omnes Levitas hoc tempore esse consecratos, sed eos tantum, qui ipso actu tabernaculo erant deservituri: ceteros verò postea in Chanaan consecratos esse. Nam non potuisset Aaron commodè tot millia Levitarum viritum Domino hoc ritu offerre, siquidem uti consecratio sacerdotum novellorum propria et peculiaris erat singulorum capitum, ut patet Exodi 29, 29; et 2 Paralip. 29, 54, ita fuit et peculiaris singulorum Levitarum, ut patet eodem loco Paralip. Excipe tempus peregrinationis in deserto: nam uti post egressum ex Sina, nunquam deinceps in deserto sacrificatum est, ita post hæc consecrationem Levitarum, nulla fuit alia in deserto, sed succedebat Levitæ cum trigésimum annum attigissent, ad onera portanda, etiam non consecrati, quinquagenariis emeritis. Itâ Abuleas.

VERS. 19. — NE SIT PLAGA, Q. D. LEVITÆ ERUNT IN MINISTERIO SANCTUARIÛ, NE POPULUS ILLUD IN SE SUSCIPERE VELIT, itaque plectatur à me, eo quòd, cum sit laicus et profanus, sacro officio se immiscuerit contra præceptum meum.

VERS. 21. — ELEVAVITQUE EOS AARON. Hebraicè est, *agitant eos agitatione, vel ritu tenupha*, de quo dixi v. 15.

VERS. 24. — À VIGINTI QUINQUE ANNIS, ET SUPRA INGREDIENTUR (LEVITÆ) UT MINISTERENT IN TABERNACULO FODERIS. Nota. Cap. 4, 5, et 1 Paralip. 25, v. 3, numerati sunt ab anno trigésimo Levitæ ii, qui propriè ministrabant tabernaculo, illudque cum suis vasibus portabant, quòd ergo hic à 25 anno jubentur ingredi, ut ministrarent in tabernaculo, intelligi eos anno 25 consecratos fuisse ad hoc, ut subservirent Levitis senioribus, sequè aptarent, ut anno 50 propriè ministrarent in tabernaculo, illius vasa portando, idque usque ad annum 50. Nam post annum 50, emeriti erant in hæc militiâ tabernaculi, neque onera ferebant, sed tantum custodiebant, ut dicitur v. ult.

Porro Davidis tempore, quòd quiescerent Hebræi in Chanaan, nec amplius gravia illa tabernaculi onera per desertum Levitis essent ferenda; cumque pluribus opus esset personis ad officia janitorum, cantorum, et similibus, quæ David instituit, tunc jussit David à vigésimo ætatis anno Levitas numerari, et ministrare in tabernaculo, ut patet 1 Paralip. 25, 27.

VERS. 26. — SIC DISPONES LEVITIS IN CUSTODIIS SUIS, UT SCILICET CUSTODIAN VASA TABERNACULI, eâ ætate et modo, quo jam prescripti. Vocat *custodias* in plurali, quia variis familiis varia custodienda dabantur, ut plures erant custodie. Sic Franciscani in variis provinciis varias habent custodias, ut ipsi appellant.

## CAPITRE IX.

1. La seconde année après la sortie du peuple hors de l'Égypte, et au premier mois, le Seigneur parla à Moïse dans le désert de Sinai, et lui dit:

2. Faciant filii Israel Phase in tempore suo, 3. Quartadecimâ die mensis hujus ad vesperam, juxta omnes caeremonias et justificationes ejus.

4. Præceptique Moyses filiis Israel ut facerent phase:

5. Qui fecerunt tempore suo, quartadecimâ die mensis ad vesperam, in monte Sinai. Juxta omnia quæ mandaverat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel.

6. Ecce autem quidam immundi super animâ hominis, qui non poterant facere phase in die illo, accedentes ad Moysen et Aaron,

7. Dixerunt eis: Immundi sumus super animâ hominis; quare fraudamur ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel?

8. Quibus respondit Moyses: State ut consulam quid præcipiat Dominus de vobis.

9. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

10. Loquere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super animâ, sive in viâ procul in gente vestrâ, faciat phase Domino,

11. In mense secundo, quartadecimâ die mensis ad vesperam: cum azymis et lactucis agrestibus comedent illud.

12. Non reliquent ex eo quippiam usque mane, et eos ejus non confringent; omnem ritum phase observabunt.

13. Si quis autem et mundus est, et in itinere non fuit, et tamen non fecit phase, exterminabitur anima illa de populo suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit.

14. Peregrinus quoque et advena si fuerit apud vos, facient phase Domino juxta caeremonias et justificationes ejus. Præceptum idem erit apud vos tam advenæ quam indigenæ.

15. Igitur die quâ erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque mane.

16. Sic fiebat jugiter: per diem operiebat illud nubes, et per noctem quasi species ignis.

17. Cùmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: et in loco ubi stitisset nubes, ibi castrametabantur.

18. Ad imperium Domini proficiscebantur; et ad imperium illius agebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco:

19. Et si evenisset ut nullo tempore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, et non proficiscebantur.

20. Quot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, et ad imperium illius deponebant.

21. Si fuisset nubes à vespere usque mane, et statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: et, si post diem et noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22. Si verò biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii

2. Que les enfants d'Israël fassent la pâque au temps prescrit;

3. C'est-à-dire, le quatorzième jour de ce mois sur le soir, selon toutes les cérémonies et les ordonnances qui leur ont été mandées.

4. Moïse ordonna donc aux enfants d'Israël de faire la pâque;

5. Et ils la firent au temps qui avait été prescrit, c'est-à-dire, le quatorzième jour du mois au soir; étant campés près de la montagne de Sinai. Les enfants d'Israël firent toutes choses selon ce que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

6. Or il arriva que quelques-uns qui étaient devenus impurs pour avoir approché d'un corps mort, et qui ne pouvaient pour cette raison faire la pâque en ce jour-là, vinrent trouver Aaron et Moïse,

7. Et leur dirent: Nous sommes devenus impurs parce que nous avons approché d'un corps mort; pourquoi serons-nous privés pour cela d'offrir en son temps l'oblation au Seigneur, comme tout le reste des enfants d'Israël?

8. Moïse leur répondit: Attendez que je consulte le Seigneur, pour savoir ce qu'il ordonnera de vous.

9. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit:

10. Dites aux enfants d'Israël: Si un homme de votre peuple est devenu impur pour avoir approché d'un corps mort, ou s'il est en voyage bien loin, qu'il fasse la pâque du Seigneur, non au jour ordinaire,

11. Mais au second mois, il la fera en la manière qui suit. Le quatorzième jour du mois, sur le soir, il mangera la pâque avec des pains sans levain et des laitues sauvages;

12. Il n'en laissera rien jusqu'au matin; il n'en rompra point les os, et il observera toutes les cérémonies de la pâque.

13. Mais si quelqu'un, étant pur, et n'étant point en voyage, ne fait point néanmoins la pâque, il sera excommunié du milieu de son peuple, parce qu'il n'a pas offert en son temps le sacrifice au Seigneur; il portera lui-même la peine de son péché.

14. S'il se trouve parmi vous des étrangers et des gens venus d'ailleurs qui aient embrassé votre religion, ils feront aussi la pâque en l'honneur du Seigneur, selon toutes ses cérémonies et ses ordonnances. Le même précepte sera gardé parmi vous, tant par ceux de dehors que par ceux du pays.

15. Le jour donc que le tabernacle fut dressé, qui fut le premier jour du premier mois de la seconde année, il fut couvert d'une nuée. Mais depuis le soir jusqu'au matin on vit paraître comme un feu sur la tente du Seigneur.

16. Et ceci continua toujours. Une nuée couvrait le tabernacle pendant le jour; et pendant la nuit, c'était comme une espèce de feu qui le couvrait.

17. Lorsque la nuée qui couvrait le tabernacle se retirait de dessus et s'avancait, les enfants d'Israël partaient; et lorsque la nuée s'arrêtait, ils campaient en ce même lieu.

18. Ainsi, ils partaient au commandement du Seigneur, et à son commandement, ils dressaient le tabernacle et s'arrêtaient; car pendant tous les jours que la nuée s'arrêtait sur le tabernacle, ils demeuraient au même lieu.

19. Que si elle s'y arrêtait longtemps, les enfants d'Israël veillaient aussi longtemps dans l'attente des ordres du Seigneur, ils ne partaient point.

20. Pendant tous les jours que la nuée demeurait sur le tabernacle, ainsi ils s'arrêtaient et dressaient leurs tentes au commandement du Seigneur, et à son commandement, ils les détendaient et ils partaient.

21. Si la nuée étant demeurée sur le tabernacle depuis le soir jusqu'au matin, le quittait au point du jour, ils partaient aussitôt; et si elle se retirait après un jour et une nuit, ils détendaient aussitôt leurs pavillons.

22. Que si elle demeurait sur le tabernacle pendant

Israel in eodem loco, et non proficisciebantur : statim autem ut recessisset, movebant castra.

25. Per verbum Domini figebant tentoria, et per verbum illius proficisciebantur : erantque in excubiis Domini juxta imperium ejus per manum Moysi.

VERS. 1 et 2. — LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEN IN DESERTO SINAI, ANNO SECUNDO POSTquam EGRESSI SUNT DE TERRA ÆGYPTI, MENSE PRIMO, DICENS : FACIANT FILII ISRAEL PHASE. Hinc patet rursim, historia et temporis ordinem hic non spectari : nam secundum illum hoc caput ponendum esset ante caput primum ; illa enim quæ narrantur cap. 1, confugerunt mense secundo, ut ibi dicitur ; hæc autem facta sunt mense primo ejusdem anni : nimirum voluit Moses librum hunc Numer. à numeratione populi et Levitarum, quam præcipue hoc libro spectabat, inchoare, et alia, etiam si prius contigissent, deinde subtexere. Edixit ergo Deus hæc mense primo, ante decimanquartam mensis diem, jussitque ut decimanquarta die celebraretur phase, sive pascha : idque ad hoc, ut sciret populus hoc festum, ejusque ritum legale esse, neque tantum usurpatum fuisse scilicet pro ipso egressu ex Ægypto, sed duraturum semper in terrâ Chanaan. Dico in Chanaan : nam in deserto post discussum è Sina, non videntur amplius celebrasse phase, quòd ibi incerti essent quando movenda essent castra. Unde nec circumcissionem, nec alia ceremonialia in deserto observârunt, exceptis iis quæ nominatim exprimuntur, ut hic exprimitur, anno secundo mense primo celebratum fuisse phase.

Nota. Hebræi in Sina celebrârunt solum pascha, non pentecosten, non festum tabernaculorum, non tubarum, etc., quia discesserunt è Sina antequàm festorum illorum tempus adveniret, nam post erectionem tabernaculi, quæ facta est die primo mensis primi anni secundi egressus ex Ægypto, manserunt tantum in Sina per 50 dies. Ex Sina enim moverunt castra dies 20 mensis secundi, ut patet c. 10, 11; ergo ex Sina discesserunt ante pentecosten : hæc enim incidebat in diem sextum mensis tertii.

VERS. 5. — JUSTIFICATIONES. Hebr. *judicia*, id est, debitum et præscriptum ritum. Simile est v. 14.

VERS. 5. — QUI FEREBUNT (phase) TEMPORE suo, puta decimanquarta die mensis primi. In hoc phase non servârunt legem de azymis panibus, quia in deserto vescebantur azymo manna quotidiè innovato.

Nota. Hoc phase manducârunt tantum illi qui egressi erant ex Ægypto. Nam qui in deserto nati erant, erant incremeci; unde non licebat eis comedere phase : quanquàm nec poterant per etatem, erant enim infantes tenelli unius anni. Hæc enim confugerunt anno secundo egressus ex Ægypto.

VERS. 7. — IMMUNDI SEMINIS SUPER ANIMA. *Anima*, id est, cadavere, per antiphrasin : quia videlicet tetiginus cadaver hominis. Tales enim Levit. 22, 4, arcuentur ab omni sacrificio, ac consequenter ab signo pa-

dix jours, ou un mois, ou encore plus long-temps, les enfants d'Israël demeureraient aussi au même lieu, et n'en partaient point, mais aussitôt que la nuée se retirait, ils décampaient.

25. Ils dressaient donc leurs tentes au commandement du Seigneur, et ils partaient à son commandement; demeurant toujours comme en sentinelle pour observer les mouvemens de la nuée, selon l'ordre que le Seigneur leur en avait donné par Moïse.

## COMMENTARIUM.

schali. Pari modo leprosi, seminiiflvi, et laborantes fluxu sanguinis, utpote immundi, nunquàm celebrabant pascha.

QUARE FRAUDAMUR? Quare privamur? hebr. cur prohibentur et arcemur à phase?

VERS. 40 et 41. — HOMO QUI FUERIT IMMUNDUS SUPER ANIMA, SIVE IN VIA PROCUCL IN GENTE VESTRA, FACIAT PHASE DOMINO IN MENSE SECUNDO, q. d. : Qui immundus est, item qui est in viâ proficiscens, remotus à Judæa, et à Jerusalem (nam in eâ solâ licebat ferre phase, ut patet Deut. 16, 2), tempore paschatis, hic suum pascha celebraret mense secundo. Judæi qui ergo peregrinabantur mense primo, sive paschali, hi debebant se comparare, si poterant, ut ante 14 diem, quo celebrandum erat pascha, domum redirent facturi pascha. Idem judicium est de quibusvis immundis; nam per omnium est ratio : quòd si facere non poterant, debebant se parare in measem secundum, ut ejus die decimanquarta celebrarent pascha. Pari modo qui jam ab absentiam, vel aliam causam, non possunt communicare in paschate, tenentur mox ubi redierint, vel poterint, communicare et celebrare suum pascha. Hinc patet, quòd si quis Judæus vivisset toto anno à carne abstinere, hic tamen, non obstante voto, debuisset in paschate carnes agni comedere; quia hoc à Deo præceptum erat, unde per votum elidi non poterat; imò si quis vivisset non comedere carnes in paschate, peccasset, irritumque fuisset ejus votum, utpote Dei præcepto repugnans. Ita Abulens.

Nota. *in gente vestrà*, referendum est, non ad *in viâ*, sed ad *in homo*, q. d. : Homo è gente vestrà, qui fuerit procul in viâ, hic faciat pascha mense secundo.

Queres, quid si secundo mense adhuc immundi fuissent, vel procul à Jerusalem abfuissent, peregrè agentes in viâ, licuisset eis celebrare phase mense tertio, aut quarto? Respondeo id non licuisse; tum quia hic tantum præscribitur secundus mensis ad phase, tum quia aliqui ordo festorum turbatus fuisset, atque phase fuisset celebratum cum pentecoste, aut festo tabernaculorum, tubarum, etc., tum quia temporis, quo Hebræi sunt educi ex Ægypto, id est, primi mensis, aut certè proximi, in hoc paschatis festo maxima habetur ratio : quia festum paschæ expressum erat memoriale liberationis ex Ægypto, olim factæ hoc eodem tempore, itaque præciterunt Judæi, ut patet 2 Paralip. 50, v. 15, collato cum v. 18.

Dices, S. August. hic q. 45, immundis et peregrinantibus pascha prorogata usque ad tertium mensem : Respondeo, S. August. disjunctivè loquitur; ait enim tales aut celebrasse pascha tertio mense, aut certè si pa-

scha illo anno non egissent, non peccasse, quod posterius verum est.

VERS. 15. — PECCATUM SUUM (penam peccati sui, est metonymia) IPSE PORTABIT.

VERS. 14. — PEREGRINUS QUOQUE ET ADVENA, SI FUERINT APUD VOS, FACIENT PHASE. Pro peregrinus et advena, hebr. est unica vox *ger*, significans eum qui peregrè venit, id est, adventum, intellige, si is Judæus sit, aut Judæismo initiatus : hic enim solus poterat et tenebatur celebrare pascha; idèque omnes, etiam peregrini et proselyti, qui poterant, tenebantur in paschate venire Hierosolymam : multi tamen in locis ab eâ remotis habitantes, ob varia impedimenta excusabantur. Unde ait : *Si fuerint apud vos*.

VERS. 15. — IGITUR DIE QUAE ERECTUM EST TABERNACULUM, OPERET ILLUD NUBES. Nubes, id est, columna nubis, quæ castra præibat quasi dux, indicans viam per desertum in Chanaan, ut dixi Exodi 13, 12.

Queres, an columna hæc nubis creata et vera fuerit nubes? Calvinus in Exodi c. 15 insectatur execrabile Serveti discipuli sui delirium : fluxit enim Servetus nubem hanc incretam fuisse, ac si esset ipsa deitas Christi, quam unam ipse pro tribus personis SS. Trinitatis, quas negabat, substituit; quasi tunc corporea fuerit deitas, quam filium figurativum ipse appellat qui postea factus sit caro; non quòd carnem inducrit, sed quia tanquàm homo apparuit, ex tribus elementis incretatis et semine Davidis conflatus. Quot hic errorum sunt monstra! tales discipulis nobis dedit Calvinus, ex ovo corrum agnosce : fuit enim Servetus mali corvi (Calvini) malum ovum, quia à Calvino hæresiarachæ nonnisi hæreses confingere didicit. Dico ergo primo, certum est hanc nubem non incretam, sed creatam fuisse, quæ columnæ specie et figurâ porrigeretur in attum, cui ceu navi angelus quasi naclerus assistebat, et per eam Dei nomine loquebatur inclinando eam ad terram, vel ad tabernaculum, Num. 12, 5. Hinc dicitur Ps. 98, v. 7 : *In columnâ nubis loquebatur ad eos*.

Dico secundò, columna hanc nubis similem fuisse nubì quoad materiam, et quoad colorem : erat enim candida et lucida, instar nubis candidæ : à nube tamen differebat, quia erat nube, primò, purior et lucidior; secundò, densior et solidior; tertio, semper retinebat figuram columnæ, cum nubes sæpissime figuram mutent. Quarto, nubes à ventis, hæc columna ab angelo movebatur. Quintò, hæc columna semper erat sit similis, cum nubes sæpissime vel colorem, vel locum, vel crassitiem mutent. Sextò, nubes resolvuntur in pluviam, hæc columna manebat columna. Septimò, nubes motu circulari moventur cum celo, hæc nubes movebatur motu recto, nunc antrostrum, nunc retrorsum, nunc ad latus. Nam cum castra moventur, nubes hæc collocabat se super, vel ante vexillum tribus Judæ (hæc enim erat prima et dux ceterarum, ut patet c. 10, v. 45 et 44) et ejus motum et ductum sequebantur omnia castra : cum autem locanda essent castra, columna hæc redibat à vexillo tribus Judæ ad tabernaculum, quod erat in medio castrorum, ut patet c. 2, 2. Octavò, columna hæc

accommodabat se, summe motum ad vires Hebræorum, ut non celeribus præcederet, quàm illi subsequi possent : moderabatur ergo suum motum secundum vires et gressum tot mulierum, parvulorum, senum, ovium, agnorum, etc., quot erant in castris Hebræorum, quæ lento passu procedere solent.

A VESPERE AUTEM SUPER TENTORIUM ERAT QUASI SPECIES IGNIS USQUE MASE, q. d. : Columna hæc per diem habebat speciem nubis, per noctem verò habebat speciem ignis, qui castra omnia illuminabat. Hebræi putant duas fuisse columnas, unam nubis per diem, cui altera ignis sub noctem succedebat, sed verius est unam eandemque fuisse columnam, quæ per diem apparebat id quod revera erat, puta nubes erecta instar columnæ : nocte verò splendebat ut ignis. Nam hoc loco dicitur, nocte fuisse quasi species ignis, eò quòd nubes hæc columnaris nocte flamma videretur. Quin et Philo eandem columnam fuisse narrat, sed quæ interdiu læceret splendore solari, nocte verò flammeo. Rursim id patet ex eo quòd Exodi 14, vers. 20 et 24, eadem vocatur columna nubis et ignis, quæ se interposuit inter castra Hebræorum et Ægyptiorum, atque Hebræos illuminavit quasi ignis, Ægyptios verò observavit quasi nubes. Ita Abulens, Cajetan., Perer. et alii Exodi 15. Hinc liquet verius esse, ignem hunc columnæ nocturnum non fuisse verum ignem, sed quasi ignem, id est, habuisse speciem ignis, ut dicitur cap. 15 et 16.

Dices : Quomodo ergo Exodi 14, v. 21 et 22, columna hæc nocturna vocatur ignis, si revera non erat ignis, sed nubes? — Respondeo, ignis vocatur, quia in noctibus videbatur ignis esse : splendebat enim ut ignis : et hunc splendorem nocte nubi huic indebat Deus; per diem verò subdecebat. Familiare enim est Scripture vulgari hominum more loqui, et rem vocare talem qualis apparet, etiamsi revera in se talis non sit. Sic deos alienos vocat idola, quæ revera neque dii, neque alieni sunt, sed ab alienis, sive alienigenis gentibus habentur dii. Sic Exodi 5 vocatur rubus ardens, qui videbatur ardere, revera tamen non ardebat. Sic enim Plato in Timæo triplicem distinguit ignem : primum, qui est in corpore ignito, puta in carbone, vel ferro candente; secundum, qui dicitur flamma estoque urens et lucens; tertium, qui incoet, et non urit; talis est lux solis et stellarum. Hinc Poeta :

Vos, aeterni ignes et non violabile nomen, testor.  
Ignis ergo hic non erat aliud quàm lux, et splendor nigrificus nocte columnæ inditus, qui tota castra illuminabat, instar lunæ vel solis, unde et sol vocatur Sap. 18, v. 5. Ubi nota, lucem hujus columnæ fuisse rubeam instar flammæ, ut ait Philo : inde enim vocatur ignis, indeque Sap. 18, 5, columna hæc ardens, id est, flamma, non à calore, sed à colore nuncupatur. Erat ergo hæc una columna, sed duplex habebat officium, ac prinde et duplicem speciem, sive figuram. Nam per diem obumbrabat castra, quasi nubes; nocte verò eadem illuminabat, quasi fax ignis. Ita allegoricè Christus et Spiritus sanctus nos protegit ut nubes, et accendit ut ignis. *Spiritus Jesu*, ait S. Bernard., *Spiri-*

tus bonus, Spiritus sanctus, Spiritus rectus, Spiritus dulcis, Spiritus fortis, infirma roborans, aspera planans, corda purificans, quicquid in hoc seculo nequam, difficile et angustiam videtur, leve facit: hic illatum opprobrium gradum iudicat, despectionem exultationem esse persuadet.

Hoc duce ascendimus ad terram promissam, quia, ut ait Ven. Beda, Sancti per Spiritus sancti septiformem gratiam aditum vite celestis inveniunt: per timorem Dei humiles, per pietatis studium misericordes, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cauti, per intellectum providi, per sapientiam maturi. Merito ergo S. Augustinus invocat Spiritum sanctum dicens: Sanctum semper opus in me spirat, ut cogitem; compelle ut faciam; suade, ut te diligam; confirma me, ut te timeam; custodi me, ne te perdam. Tropologicè, columna lucis sunt fortes et illustres sancti. Venit aliquando abbas Hilarion ad abbatem Antonium, et dicit ei abbas Antonius: *Bene venisti, lucifer, qui mane oris.* Et respondit abbas Hilarion: *Pax tibi, columna lucis, quæ suscinis orbem terrarum.* Uti habetur in *Vitis Patr.*, lib. 5, tract. 17, n. 4. Talis columna lucis fuit quoque Simeon Stylites, qui ut omnes à terrâ traheret ad cælum, stetit in columna per octoginta annos, vix comedens et dormiens, semperque vel orans, vel accedentibus dans monita salutis. Sic Petrus, Jacobus, Joannes in Ecclesiâ videbantur esse columna; ait Paulus Galat., 2, 9. Hæc de causâ Christus Apocal. 5, 12, angelo, id est, episcopo Philadelphie promittit: *Qui viderit, ait, faciam illum columnam in templo Dei mei, q. d. : Faciam ut firmus sit, magnus et gloriosus tum in Ecclesiâ, tum in cælo.* Alludit ad duas columnas templi Boos et Jachin. 3 Reg. 7, ut fuscè ostendit ibi Viegas sect. 6. Unde Richardus de sancto Victore primo, sic exponit, q. d. : *Efficitur ut qui vicerit persecutiones et tentationes, sit instar columnæ in se firmus per fidem, rectus per equitatem, erectus per intentionem, sublimis per contemplationem, sustentans alios verbo consolationis, suffragio orationis, exemplo actionis.* Et Primasius: *Columna, ait, in fabricis minimè congruit et decori; sic et mundi rectores in Ecclesiâ eminenti munere dignitatis, et portant alios officio charitatis.*

Secundò, Ambrosius: *Faciam illum columnam, id est, prædicatorem in Ecclesiâ; quomodo Paulus Galat. 2, Petrum, Jacobum, et Joannem vocavit columnas.* Verùm quia Origenes, Tertullianus, et alii qui erant quasi columnæ, ceciderunt, melius, inquit Ambros., *faciam illum columnam, id est, excelsum in cælo, ex quo non egredietur amplius.* Tertio, abbas Joachim, *Faciam illum columnam, id est, prelatum.* Hic enim primò, corpore terram, mente cælum tangit, secundò, per vitam activam inferioribus inheret, et tamen per contemplativam sursum aspicit; tertio, multis tensionibus expulsi; quarto, inter procellosos ventorum turbines, superpositam suæ curæ machinam infatigabiliter portat; quinto, tranquillus et immobilis est ut columna.

Notat ibidem Pererius, in columna octo res spectari et laudari: scilicet rectitudinem, altitudinem, crassitiem, firmitudinem, rotunditatem, levorem, colo-

rem et materiam, quæ facile est accommodare prædicatori, prelato et cuilibet excellenti sancto in Ecclesiâ, et maxime in cælo, ubi sancti hi quasi columnæ nulli mutationi obnoxii, in æternum stant excelsi et gloriosi. Quocirca S. Ephrem orans Deum ut sibi revelaret, qualis esset Magnus Basilus, in extasi vidit columnam ignis, cuius caput pertingebat ad cælum, et vox de sursum dicens: *Ephrem, Ephrem, quemadmodum vidisti columnam hanc ignis, talis est et Magnus Basilus: inquit Amphiloeh. in ejus Vita.*

Rectè ergo S. Greg. 17 Moral. 14: *Quisquis, ait, in Dei opere rectè intentione firmatur, columna in structurâ fabricæ spiritualis erigitur; ut in hoc templo, quod est Ecclesiâ, positus, et utilitati sit et decori.*

VERS. 18. — AD IMPERIUM DOMINI PROFICISCEBANTUR. Domini, scilicet moventis per angelum columnam nubis quæ dox erat itineris, et per hoc moventis et jubentis castra moveri et proficisci.

VERS. 19. — ET SI EVENISSET UT NULTO TEMPORE MANERET (nubes) SUPER ILLO (tabernaculum) ERANT FILII ISRAEL IN EXCUBIS DOMINI, id est, sistebant quasi excubantes, et advigilantes ad motum nubis, quando videlicet Deus moveret nubem, et per hoc juberet eos movere castra.

Nota. Hæc columna nubis quotidie bis quiescebat, etiam in motu castrorum, nimirum in prandio, et in cena: tum enim cibos coquere, seque his recubere debebant, tam homines quam animalia. Adde, vespere et noctu eam semper quiescere: tum enim somnum capere debebant homines et animalia. Unde nusquam legitur eos noctu movisse castra: cum verò ditius quiesceret, fugebant ibi tentoria, talisque quies vocatur mansio vel statio, quales quadrangita duas Hebræi, habuerunt in deserto, ut patet. c. 55.

Querens, unde sciverint Hebræi quietem hanc fore diuturniorem, ibique figenda esse castra?

Respondeo, ex eo: si post meridiem absolutam jam prandio, quiescebat columna, signum erat ibi figenda esse castra; similiter si post nocturnam quietem, mane adhuc quiescebat columna, signum erat ibi iterandum esse saltim usque ad prandium.

VERS. 20. — AD IMPERIUM DOMINI ERIGEBANT TENTORIA. Nota. Quoties columna movebatur et præcebat castra, sacerdotes elevabant, et portabant arcam Domini; Moses autem Deum invocabat, dicens: *Surge, Domine, et dissipantur inimici tui, et fugiant qui derunt te à facie tua, quasi diceret; Surge, et proficiscere nobiscum, Domine, atque castra præci, hostesque nostros, æquæ ac tuos, fuga et dissipa, ut nos invadere non audeant.* Cùm verò columna rursus quiesceret, sacerdotes deponebant arcam, et Moses Dominum arce quasi insidentem invitans ad iudici cum Hebræis mandandum, sic eam precabatur: *Revertere, Domine, ad multitudinem exercitus Israel, ut patet c. 10, in fine.* Putant Hebræi de se esse columnam ignis et nubis statim post mortem Aaron, quæ accidit in quinto mense anni 40 aliquot mensibus ante mortem Moysi, et ingressum Hebræorum in Chanana. Sed errant; nam Deut. 31, v. 15, paulo ante mortem Moysi, di-

citur hæc columna apparuisse Moysi et Josue. Columna ergo hæc perduravit usque ad ducentum Josue, cumque æque ac manna, defecti et disparuit.

VERS. 21. — DISSIPABANT, id est, deponabant TENTORIA, sive omnia convasabant.

VERS. 25. — PER VERBUM DOMINI FIGEBANT TENTORIA, q. d. : Per imperium Domini datum Moysi, ut videlicet quando moveretur columna nubis, moverent castra;

#### CAPUT X.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra.

3. Cùmque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba, ad ostium tabernaculi fœderis. 4. Si semel clangieris, venient ad te principes, et capita multitudinis Israel.

5. Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, movebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam.

6. In secundo autem sonitu et pari ululatu tubæ, levabunt tentoria qui habitant ad meridiem, et iuxta hunc modum reliqui facient, ululantibus tubis in projectionem.

7. Quomodo autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, et non concisus ululatus.

8. Filii autem Aaron sacerdotes, clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.

9. Si exieritis ad bellum de terrâ vestrâ contra hostes qui dimicant adversum vos, clangetis ululantibus tubis, et erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

10. Si quando habebitis epulum, et dies festos, et calendas, canetis tubis super holocaustis, ut pacificis victimis, et sint vobis in recordationem Dei vestri; ego Dominus Deus vester.

11. Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis elevata est nubes de tabernaculo fœderis,

12. Profectique sunt filii Israel per terras suas de deserto Sinai, et recubuit nubes in solitudine Pharan;

13. Moveruntque castra primi iuxta imperium Domini in manu Moysi,

14. Filii Judæ per terras suas: quorum princeps erat Nahasson, filius Aminadab.

15. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael, filius Suar.

16. In tribu Zabulon erat princeps Eliab, filius Helon.

17. Deposuitque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filii Gerson et Merari,

18. Profectique sunt et filii Ruben, per terras et ordinem suum: quorum princeps erat Hellsur, filius Seder.

19. In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel, filius Surisaddai.

20. Porro in tribu Gad erat princeps Eliasaph, filius Dael.

quandò sisteret, figerent castra; Hebræi movebant vel figebant castra. Ita tropologicè religiosi sequentes ductum obedientiæ, et ibi pî sequentes sanctas inspirationes sua agunt ex ductu et imperio Domini, unde deest eos esse in excubiis Domini, ac dicere: *Audiam quid loquatur in me Dominus.*

ERANTQUE IN EXCUBIS DOMINI, excubantes ad motum columnæ; et consequenter castrorum, uti dixit vers. 19.

#### CHAPITRE X.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit : 2. Faites-vous deux trompettes d'argent battu au marteau, afin que vous puissiez vous en servir pour assembler tout le peuple, lorsqu'il faudra décamper.

3. Et quand vous aurez sonné de ces trompettes, tout le peuple s'assemblera près de vous, à l'entrée du tabernacle de l'alliance.

4. Si vous ne sonnez qu'une fois, et d'une seule trompette, les princes et les chefs du peuple d'Israël viendront vous trouver.

5. Mais si vous sonnez plus long-temps de la trompette et d'un son plus serré et entrecoupé, tous se prépareront à décamper. Ceux qui sont du côté de l'orient décamperont les premiers.

6. Au second son de la trompette et au bruit semblable au premier, ceux qui sont vers le midi détendront leurs pavillons, et les autres feront de même au bruit des trompettes qui sonneront le décampe-ment.

7. Mais lorsqu'il faudra seulement assembler le peuple, les deux trompettes sonneront d'un son plus uni et plus simple, et non de ce son entrecoupé et serré.

8. Les seuls prêtres, enfants d'Aaron, sonneront des trompettes; et cette ordonnance sera toujours gardée dans toute votre postérité.

9. Si vous sortez de votre pays pour aller à la guerre contre vos ennemis qui vous attaquent, vous ferez un bruit éclatant avec ces trompettes, comme pour invoquer le secours du Seigneur; et le Seigneur, votre Dieu se souviendra de vous, pour vous délivrer des mains de vos ennemis.

10. Lorsque vous ferez un festin de religion, que vous célébrerez les jours de fêtes, et les premiers jours des mois, vous sonnerez ces trompettes en offrant vos holocaustes et vos hosties pacifiques, afin que votre Dieu se ressouviene de vous; et je ferai ce que je dis, si vous êtes fidèles à m'obir.

11. Le vingtième jour du second mois de la seconde année, après la sortie d'Égypte, les Israélites ayant demeuré un an et vingt jours aux pieds du mont Sinai, la nuée se leva de dessus le tabernacle de l'alliance;

12. Et les enfants d'Israël partirent du désert de Sinai, rangés selon leurs diverses bandes; et la nuée se reposa dans la solitude de Pharan.

13. Les premiers qui décampèrent par le commandement du Seigneur qu'ils reçurent de Moïse,

14. Furent les enfants de Judas, distingués selon leurs bandes, dont Nahasson, fils d'Aminadab, était le prince.

15. Nathanaël, fils de Suar, était prince de la tribu des enfants d'Issachar.

16. Eliab, fils d'Helon, était prince de la tribu de Zabulon.

17. Le tabernacle ayant été détendu, les enfants de Gerson et de Merari le portèrent, et se mirent en chemin.

18. Les enfants de Ruben, partirent ensuite chemin dans sa bande et dans son rang; et Hellsur, fils de Seder, en était le prince.

19. Salamiel, fils de Surisaddai, était prince de la tribu des enfants de Simeon.

20. Eliasaph, fils de Dael, était prince de la tribu de Gad.

21. Profectione sunt Caathite portantes sanctuarium. Tamiid tabernaculum portabatur, donec venient ad erectionis locum.

22. Moverunt castra et filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama, filius Ammiud.

25. In tribu autem filiorum Manasse, princeps fuit Gamaliel, filius Phadassar.

24. Et in tribu Benjamin erat dux Abidan, filius Gedeonis.

25. Novissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Abiezer, filius Ammisaddai.

26. In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel, filius Ochran.

27. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira, filius Enan.

28. Hæc sunt castra, et profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur.

29. Dixitque Moyses Hobab, filio Raguel, Madianite, cognato suo: Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: Veni nobiscum, ut benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israel.

30. Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed revertar in terram meam in quæ natus sum.

31. Et ille, noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, et eris ductor noster.

32. Cumque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.

35. Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum; et arcaque foderis Domini præcedebat eos, per dies tres providens castrorum locum.

34. Nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent.

35. Cumque elevaretur arca, dicebat Moyses: Surge, Domine, et dissiperit inimici tui, et fugiant qui odeunt te; facie tua.

36. Cum autem deponeretur, sicut: Revertere, Domine, ad multitudinem exercitus Israel.

## COMMENTARIUM.

VERS. 2. — FAC TIBI DUAS TUBAS ARGENTÆS DUCTILES, ut his convocet populum, primò, ad movenda castra; secundo, ad festa; tertio, ad sacrificia; quarto, ad bella. Precipit autem Deus duas tantum tubas fieri, ne Hebræos gravet sumptu præstando, non autem quòd plures fieri vetet. Unde plures esse factas, si non tubas, certè buccinas, sive jam, sive postea, patet Josue 6, v. 4, ubi septem numerantur buccinas, quibus clangentibus prostrati sunt muri Jericho.

Nota. Jubet Deus eas fieri argentæas, tum ob reverentiam cultus divini, tum ut sint magis sonore. Formam harum tubarum describit Joseph. l. 5 Antiq. c. 11: *Canna, ait, erat tibia paulo crassior, longitudine paulo minus cubitali, cujus os tantum patebat quantum ad inflandum sufficeret, desinebatque in extremitate*

21. Les Caathites, qui portaient le sanctuaire, partirent après; et on portait toujours le tabernacle, sans le poser à terre, jusqu'à ce qu'on fut arrivé au lieu où il devrait être dressé.

22. Les enfants d'Ephraïm décampèrent aussi, chacun dans sa bande; et Elisama, fils d'Ammiud, était prince de leur corps.

25. Gamaliel, fils de Phadassar, était prince de la tribu des enfants de Manassé.

24. Et Abidan, fils de Gédéon, était chef de la tribu de Benjamin.

25. Ceux qui partirent les derniers de tout le camp furent les enfants de Dan, qui marchaient chacun dans sa bande, et Abiezer, fils d'Amisaddat, était prince de leur corps.

26. Phegiel, fils d'Ochran, était prince de la tribu des enfants d'Aser;

27. Et Ahiran, fils d'Enan, était prince de la tribu des enfants de Nephthali.

28. C'est la Ordre du camp et la manière dont les enfants d'Israël devaient marcher selon leurs diverses bandes lorsqu'ils décampaient.

29. Alors Moïse dit à Hobab, fils de Jéthro, appelé aussi Raguel, Madianite, son allié, qui était resté dans le camp d'Israël après que Jéthro s'en fut retourné: Nous portons pour nous rendre au lieu que le Seigneur doit nous donner: Venez avec nous, afin que nous vous combions de biens, comme nous pourrions le faire, parce que le Seigneur en a promis de très-grands à Israël.

30. Hobab lui répondit: Je n'irai point avec vous; mais je retournerai en mon pays où je suis né.

31. Ne nous abandonnez pas, répondit Moïse; parce que vous savez en quels lieux nous devons camper dans le désert, et vous serez notre conducteur.

32. Et quand vous serez venu avec nous, nous vous donnerons ce qu'il y aura de plus excellent dans toutes les richesses que le Seigneur doit nous donner.

35. Ils partirent donc de la montagne du Seigneur et marchèrent pendant trois jours: l'arche de l'Alliance du Seigneur allait devant eux, marquant le lieu où ils devaient camper pendant ces trois jours.

34. La nuée du Seigneur les couvrait aussi durant le jour, lorsqu'ils marchaient, pour les garantir de l'ardeur du soleil.

35. Et lorsqu'on élevait l'arche, Moïse disait: Levez-vous, Seigneur, que vos ennemis soient dissipés, et que ceux qui vous haïssent, fuyent devant votre face.

36. Et lorsqu'on abaissait l'arche, il disait: Seigneur, retournez à l'armée de votre peuple d'Israël.

canpanule similem, sicut tuba. Porro sacerdotum erat hæc tubis clangere, ut patet vers. 8.

Allegoricè, Hupertus per duas tubas accipit duos Christi adventus, scilicet primum in carnem, secundo ad judicium. Primum enim Christus insonat: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum.* Secundo insonat: *Ite, maledicti, in ignem æternum.* Unde alii per tubas accipiunt minas, verbi gratiâ, inferni; et promissiones, verbi gratiâ, cœli, quas populo jugiter insonare debent concionatores, ut retentatis et metu et spe, corda hominum feriant et compungant. Ita fecit S. Chrysost., S. Antonius, S. Dominicus, S. Vincentius, et alii maximi præcones, qui non phalaratas, sed efficaces habuerunt conciones quibus homines converterent. Maximus enim hominum stupor, et inter omnes mundi insanias maxima

est, quòd plerique omnes res caducas et temporarias toto studio et conatu sectentur, divinas verò et æternas negligant, et vix de his cogitent, cum tamen ab his omne et æternum eorum bonum pendeat. Unde S. Hier. ait, *concionatores debere esse satores æternitatis.* Talis præco fuit S. Joannes Baptista: *Progenies, inquit, tiperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura trâ? Ventilabrum in manu ejus, et permundabit aream suam: et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Vide ejus concionem Matth. 3, quæ tota hæc spectat. Talis fuit vox clamantis in deserto, quæ petras et saxa contrivit, ex eisque aquas lacrymarum elicuit, quibus eos præparavit ad gratiam et justitiam Christi. Talis præco fuit Christus: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum celorum.* Matth. 4, et c. 24 et 25, tota ejus concio est de consummatione sæculi, de signis judicio prævisis, de judicio, de vitâ æternâ piis, et gehennâ impiis irrogandâ. Talis fuit S. Petrus: *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus.* Salvamini à generatione istâ pravâ. Act. 2, 20 et 40. Tales fuerunt Jacobus et Joannes, qui proinde à Christo vocati sunt *boanerges*, id est, *filii tonitru.* Marc. 3. Hanc vocem, puta hoc tonitru, describens Psaltes Ps. 28: *Vox Domini, ait, super aquas; Deus majestatis intonuit; vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentiâ; vox Domini confringentis cedros; vox Domini intercedentis flammam ignis; vox Domini concussit desertum, vox Domini præparavit cæcos, ut pavore tonitru dilatât matrice facilius pariant: et in templo ejus omnes dicent gloriam.* Hæc enim novissimorum prædicatio, quasi tonitru aquas, id est, populos multos, commovit ad penitentiam et lacrymas: cedros, id est, superbos, confregit: divisit ignem, id est, charitatem et linguas igneas in pentecoste distribuit; concussit desertas gentium regiones; cervos, id est, timidos et tardos ad partum virtutum, pavore judicii Dei præparavit; induxit diluvium, tum baptismi, tum contritionis, quæ peccata merguntur; ita tibi explicant S. Basilium, Theodoretus, Augustinus, Didymus et Origenes.

Talis fuit S. Paulus, qui, ut ait S. Hier., fuit tuba *Evangelii, tonitru gentium, rugitus leonis.* Audi eum in Areopago: *Deus nunc annuntiat omnibus hominibus ut omnes ubique penitentiam agant; eò quòd statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis:* Act. 17, v. 30; et Act. 24, v. 25: *Disputante illo (Paulo) de justitiâ et castitate, et de judicio futuro, tremefactus Felix, etc.* Et c. 26, 24, prædicans resurrectionem mortuorum, audivit à Festo præside: *Irananis, Paulus: multa te litteræ ad insaniam convertunt.* Et Paulus: *Non insanio, ait, optime Feste; sed veritatis et sobrietatis verba loquor.*

Talis fuit S. Franciscus, cujus assidua erat concio: *Labor modicus, voluptus æterna; voluptus modica, pœna perpetua; multorum vocatio, paucorum electio, omnium retributio.*

Tropologicè, Cyrillus l. 5 de Adoratione p. 97, per

has duas tubas ductiles, duplex genus prædicationis in Ecclesiâ usitatum accipit; primum quod fidem roborat et dilatat; secundum quod mores corrigit. Argentæe sunt ob splendorem, summamque sinceritatem. Ductiles sunt, quia necesse est ut hi qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tuntionibus et ductibus crescant, inquit S. Gregorius 50 Moral. 7. Sic et Procopius: *Una, inquit, tuba doctrinalis est, secunda moralis.*

Symbolicè, pro tubis judaicis Ecclesiâ utitur campanis, quæ majores sunt, fortiores, magisque sonore ac durabiles, idèoque significant prædicationem Evangelicam toto orbe resonantem, et duraturam usque ad finem mundi, cum Judæismus uno Jndææ angulo fuerit conclusus. Ita Amalarius Trevir. episcopus anno Christi 820, lib. 5 de Eccl. offic. c. 1. Porro campana diæte sunt à Notâ civitate Campaniæ, ubi primum majores campanæ formatae sunt. Ita Valeridius Strabo libro de Rebus Eccles. cap. 5: porro campanæ usus multiplices poeta his versibus complexus est.

*Laudo Deum verum; plebem voco; convexo cælitum; Defunctos ploro; pestem fugo; festa decoro.*

Vide Judæcum Gocciem in Thesaurò Cathol. p. 2, l. 5, a. 6.

QUANDO MOVENDA SUNT CASTRA. Hebr. *et quando movenda sunt castra:* unde in Hebræo videntur hic duo officia tubarum significari, videlicet primum ad cœtum populi adunandum, secundum ad movenda castra. Verùm noster interpretè *et et*, non accipit copulativè, sed explicativè et determinativè, q. d. Ad convocandum multitudinem, ut ordinatâ seriè sub suo quisque vexillo, suo clangore excitus moveat castra.

VERS. 4.—SI SEMEL CLANGERIS, id est, si unâ tubâ clangeris, ut habent Hebr., Chald., Septuag., et Josephus, qui ait et addit: Moses duas buccinas fecit, quarum unâ plebs ad concionem vocabatur, alterâ principes ad consultandum de republ. excitabantur; utraq; verò clangente universus populus convocabatur. Sicut ergo utraq; clangente duplex erat clangor, bisque clangere dici poterant, ita unâ clangente, semel dicuntur clangere. Denique si clangent *terva*, id est, sonitu inciso et confrecto (quem noster interpretè *ululatum* vocat) moveant castra; non aliàs sonus harum tubarum erat planus et æquabilis. An autem in motione castrorum unâ, an duabus tubis clangerint, non liquet.

VERS. 6.—ET JUXTA HUNC MODUM RELIQUI FACIENT, ut videlicet, sicut primo tubæ clangere castra moverunt, et profecti sunt Juda, Issachar et Zabulon, qui erant ad orientem tabernaculi: secundo verò clangere profecti sunt Ruben, Simeon et Gad, qui erant ad meridiem tabernaculi; ita tertio clangere castra moveant Ephraim, Manasse et Benjamin, qui erant ad occidentem: quarto denique castra moveant Dan, Aser et Nephthali, qui erant ad septentrionem, patet ex dictis cap. 2.

ULULANTIBUS, id est, concisè clangentibus, tubis, uti est ululatus bestiarum concisus.

VERS. 9.—SI EXIERITIS AD BELLUM, etc., CLANGE-

TIS, etc. ET ERIT RECORDATIO VESTRI CORAM DOMINO, q. d.: Dominus recordabitur vestri in praeliis, cum clangetis juxta hoc ejus preceptum, ut eruat vos ab hostibus, vobisque deo victoriam.

VERS. 10. — SI QUANDO HABEBITIS EPULEM, solemnem et sacrum ex hostiis pacificis, sive epulum quod fit praevio sacrificio, illudque claudit, quale erat in consecratione regum, tunc clangetis hisce tubis. Similiter et in Calendis, id est, in neomenia, sive novilunio, puta, primo die mensis lunaris: hic enim dies Judaeis erat festus.

UTI SINT VOBIS IN RECORDATIONEM DEI VESTRI, ut Deus iis, vel potius obedientiam vestram, quam hoc clangore praestatis, exitus recordetur vestri, id est, cogitet de vobis, benignè acceptet sacrificia vestra, et adsit vobis opae suae, ut recordantes solent facere. Anthropopatheos enim Deus recordari dicitur, non propria. In Deo enim, cui omnia sunt stabilia et praesentia, nulla est memoria, sed jugis omnium, tam praeteritorum et futurorum, quam praesentium visio et intuitus.

VERS. 11. — ANNO SECUNDO (ab egressu Hebraeorum ex Aegypto) MENSE SECUNDO, VIGESIMA DIE MENSIS ELEVATA EST NUBES. Nubes, id est, columna nubis, coepit moveri et praere castra, quae proinde mota sunt. Hinc patet Hebraeos mansisse in Sina quae duodecima fuit mansio Hebraeorum in deserto per annum integrum, exceptis tredecim diebus. Nam venerunt in Sina tertia die mensis tertii anni primi, ut patet Exod. 19, 1, discesserunt verò ex Sina die vigesima mensis secundi, anni secundi. Omnia ergo quae a c. 19 Exodi narrantur hinc usque, gesta et dicta sunt in Sina. Quare primo, omnes leges morales, judiciales et caeremoniales latae sunt in Sina. Secundo, ibidem fabre factum est tabernaculum quasi templum. Tertio, ibidem consecrati sunt sacerdotes et Levitae. Quarto, ibidem ordinata sunt castra, adeoque instituta et formata est tam resp. quam Ecclesia vetus Hebraeorum; perinde ac in Sion promulgata est lex nova, coepitque resp. et Ecclesia Christianorum, Act. 2, v. 1; et Hebr. 12, v. 22.

Notat Torniellus, hoc anno secundo egressus Hebraeorum ex Aegypto, mortuum esse S. Job: idque dicendum est, si ponamus, quod ipse et alii plures docent, S. Job vixisse 217 annos; tot enim sunt ab anno 150 Jacobi, quo natus videtur S. Job, usque ad hunc annum secundum, uti dixi Gen. 36, 35.

VERS. 12. — PROPECTIQUE SUNT FILII ISRAEL, etc., DE DESERTO SINAI, ET RECEBIT NUBES IN SOLITUDINE PHARAN, puta in loco, qui postea dictus est *Sepulchra concupiscentiae*. In eo ergo fuit decima tertia Hebraeorum mansio, quae fuit in vasto illo deserto Pharan, quod in se unum est, sed multa partialia complectitur; hujus enim deserti Pharan pars est desertum Sin, in quo trigesima tertia fuit mansio, de qua c. 35, v. 55 (licet S. Hieron. tr. de 42 mansion. Pharan terminet in Sin, et in Pharan ponat tantum octodecim mansiones sequentes, quae fuerunt usque ad Sin et Cades). Ubi intueri, mirare et celebra mirabilem Dei erga suos

providentiam, utpote quae Hebraeos per hoc desertum vagabundos, per triginta octo annos deduxit, quod tempore primo, nunquam eis manna, nec aqua defecit. Secundo, columna nubis semper viam praevit. Tertio, nunquam vestimenta vel calcemata eorum detrita sunt; imò cum parvulis crescentibus crescebant et ipsa: non enim vestes mutarunt, vel innovarunt in deserto. Quarto, hic de colo auferuntur coturnices, et aquam de petra, omniaque portenta, quae deinceps in Numeris enarrantur, hic contigerunt. Quinto, in hoc deserto omnes egressi ex Aegypto, videlicet plusquam sexcenta milia, ob murmur perierunt et mortui sunt. Qui desertum hoc accuratè lustrarunt, tradunt esse primo, solitudinem amplissimam: extenditur enim à monte Sina usque ad Cadesbarne, per iter undecim dierum. Secundo, esse iriviam et inaequasam. Tertio, sterilem et inarabilem. Quarto, hominibus juxta ac bestiis inhabitatam. Quinto, carere herbis et arboribus: hinc inde tamen eas habet, ut patebit v. 33. Sexto, esse asperam praeruptis rupibus et montibus. Septimo, esse siccissimam et ardentissimam ob solis aestum. Octavo, in ea assidue iactandum esse cum tenacissimo sabulo, quod praecalum et vestigiis cedens ingressum vehementer impedit et remoratur. Per hoc tamen desertum Hebraei, etiam parvuli, Deo duce, commodè per triginta octo annos ambulaverunt: vide Adrichom., Boehardum, Zieglerum, et alios in Pharan.

VERS. 15 et 14. — MOVERUNTQUE CASTRA FILII JUDA. De ordine singularum tribuum, et acie horum castrorum dixi Num. 2. Ex hoc loco, puta ex v. 17, patet Gersonitas et Meraritas incessisse post primam aciem Juda: Caathites verò post secundam Ruben, uti dixi c. 2, licet alii aliter sentiant, putentque hic esse hysteron proteron. Verum non rectè: nam distinctè et ordinatè tota acies, tam populi quam Levitarum, hic describitur.

Ubi nota. Voluit Deus Hebraeos per quadraginta annos in deserto, in armis et castris vitam agere, ut inter hostes positi, perpetuò excubarent, paratimque essent ad pugnam, ne otio et inertia diluerent. Ita Epaminondas cupiens Boeotos, otio dissolutos semper in armis continere, cum se Boeotarcham, id est, principem suum diligerent, hortari solebat ut denudè consultarent: se enim si crearent duces, militandum illis fore regionemque ipsorum supinam atque apertam belli orchestram appellabat, quòd eam tenere non possent, nisi manu clypei anse incerta: ita Plutarch. in Lacon.

Tropel. haec castra significabant vitam fidelium esse militiam, ut ait S. Job, in qua armati et assidue depugnantes tendimus ad patriam caelestem. Non enim est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectore tenebrarum harum, contra spiritualia nequicia in caelestibus, Ephes. 6, 12.

JUXTA IMPERIUM DOMINI IN MANU MOYSI, quod scilicet dedit, vel edixit per Moysen, ministrum et organum suum: hujus enim symbolum est manus.

VERS. 21. — CAATHITE PORTANTES SANCTUARIUM, puta vasa sancta sanctuarii, id est, Sancti et Sancti sanctuarium.

TAMQUE TABERNACULUM (vasa tabernaculi, id est, Sancti et Sancti sanctuarium, jam dicta) PORTABATUR, donec venirent ad erectionis locum. Hebraicè est, creverunt tabernaculum (Gersonite et Merarite) donec venirent advenirent ipsi (Caathite) ad vasa sacra in illud inferenda. Unde rursùm patet, Gersonitas et Meraritas praecessisse, ac primam aciem secutos esse, ut tabulas et cortinas tabernaculi erigerent, puta Sanctum et Sanctum sanctuarium, ut Caathite sequentes secundam aciem, adventantes invenirent tabernaculum jam erectum, in quod sua vasa inferrent; hoc enim congrua omnium providentia, dispositio et ordo exigebat.

VERS. 29. — DIXITQUE MOYSES HOBAB FILIO RAGUEL MADIANTAE, COGNATO SUO. Queritur, an Hobab hic fuerit ipse Jethro socer Moysi, an verò Jethronis filius? Sept.asserunt Hobab esse ipsum Jethro, ita et Abulensis. Habuit ergo Jethro quatuor nomina: primo enim dictus est Jethro. Secundo Raguel. Tertio, Hobab. Quarto, Cineas, ut patet Judicum 4, 16. Jethro enim cum filiâ suâ Saphorâ, uxore Moysi, venit ad Moysen in Sina, Exodi 18, 1. Si dicas: Hobab hic vocatur filius Raguelis; ergo non fuit ipse Raguel. Respondet Hobab fuisse filium senioris Raguelis, sed fuisse ipsum Raguelum juniorem, qui et Jethro est dictus. Patris enim nomen filio fuisse inditum, sive tanquam proprium, sive tanquam patronymicum, ut apud Hollandos et Anglos fit: inde enim vocant suos Robersonios, id est, Roberti filios; Petersonicos, id est, Petri filios; Jansonios, Andrisonios, etc. Alii, ut Paulus Burgensis, Cajetan., et Oleaster, verisimilius censent, hunc Hobab esse filium Jethronis, sive Raguelis. Nam primo expressè hic ita vocatur; Raguel enim hic idem esse videtur cum eo, qui ita nominatus est Exodi 2, 18; ille autem fuit Jethro, socer Moysi: neque solet Scriptura gentiliùm (qualis fuit Jethro) patres vel avos recensere. Secundo, quis Jethro reversus est in Madian, ut patet Exodi 18, v. ult., hic autem Hobab, persuasus à Mose, videtur cum eo mansisse, et profectus esse in Chanaan, ut colligitur ex v. 31, idque magis confirmatur ex eo quòd Madiantae omnes paulò post, puta anno ab hoc 58 qui fuit 40 et ultimus peregrinationis in deserto, ab Hebraeis jam-jam Chanaan ingressuris prorps deleti sunt. Si ergo in Madian redisset Hobab, pariter ibi cum suâ familia deletus fuisset; hoc autem est falsum, uti mox ostendam. Nam quod aliqui respondent, Moysen, cum bellum illaturus esset Madiantitis, prius inde evocasse Hobab cum familiâ suâ, gratis et sine auctore, vel teste dicitur. Solus ergo Jethro, utpote senex centenarius (Moses enim gener ejus, jam erat 81 annorum) in Madian rediit, ibique paulò post mortuus est, antequàm Madiantae deleretur.

Tertio, quia Hebraea sic optimè vertas, et dixit Moses Hobab filio Raguelis, soceri sui, et ita fortè verterrunt Sept., non autem socero suo, uti jam habent Graeci

codices. Noster tamen interpres vertit, cognato, id est, affini, suo: quia Hebraeum *choten* et soerum, et cognatum, id est, affinem, significat: tam enim Hobab quam Raguel, sive Jethro erat affinis Moysi. Hobab enim erat sororius, Raguel verò erat soer Moysi. Videtur ergo, quòd Jethro redeunte ex Sina in viciniam Madian, Hobab filius ejus cum sorore suâ Saphorâ manserit cum Mose, cum eoque perexerit in Chanaan: ibi enim fertilem terram agri Jericho accepit in sortem suam; et inde postea conniventibus Hebraeis migravit in optimam sortem tribus Juda, ut patet Judic. 4, 16, ubi dicitur: *Filii Cinei* (id est, Jethro) *cognati* (id est, soceri) *Mosi ascendunt de civitate palmaram* (id est, de Jericho) *cum filiis Juda in desertum soria ejus, et habitaverunt cum eo*: aliquos etiam ex eis migrasse ad sortem Nephthali, patet Judic. 4, 10 et 11, ubi Haber Cineus (cujus uxore Jabel occidit Sisaram principem) habitasse dicitur juxta Cedes, quae erat in sorte Nephthali, ut patet Josue 19, 56. Horum quoque Cinearum mentio fit 4 Reg. 15, 6, qui tandem in captivitate communi ab Assyriis, puta à Salmanasar, vastati et capti sunt. Id enim futurum praedixit Balaam, Num. 24, 22: *Assur*, inquit, *capiet te*, ò Cinee. Denique ab hoc Jethro et Hobab, prognatus est Rechab, cuius filius fuit pius Jonadab, qui cum Jehu Baal et Baalitis evertit, 4 Reg. 10, v. 25. Ab hoc Jonadab orti sunt Rechabites, quos adeò ab abstinentiâ, obedientiâ et sanctitate dilaudat Jeremias cap. 25. Rechabites enim esse Cineas, patet 4 Paralip. 2, 25. Rechabites ergo non fuerunt Judei sed Madiantae, patet posteri Jethro. Rursùm Rechabitarum posteri fuerunt Esaei, quos à temperantiâ et continentiâ commendant Philo, Euseb. et alii, ait Suidas. Vide hic sanctam progeniem, et sanctorum parentum sanctos filios hoc facit et praestat pia parentum educatio et cum probis conversatio.

VERS. 50. — REVERTAR IN TERRAM MEAM, in Madian. VERS. 51. — NOLI, INQUIT, NOS RELINQUERE: TU ENIM NOSTI IN QUIBUS LOCIS PUI DESERTUM CASTRA PONERE DEBEAMUS. Erat enim Madian monti Sina, et deserto hinc vicina; unde Moses cohabitans Jethro in Madian, ejus oves in deserto hoc pascebat. Dixit verò hoc Moses ad Hobab, non quasi operâ et ductu ejus indigeret, utpote qui columna nubis firmissecit et intrinsecus Deo, vel angelo docente erudiebatur, discobatque quo loco ponenda essent castra; quique in eâ regione, puta in deserto hoc per 40 annos pascebat oves, tam vel magis versatus erat, quam Hobab. Voluit ergo Moses Hobab apud se detinere, ut eum, utpote sororium suum, gentilem in veri Dei religione et cultu erudiret, eumque à gentiliismo ad Judaismum traderet.

Ubi nota charitatem et prudentiam Moysi in persuadendo Hobab: nam, ut ait Rabanus, et Rupert.: *Vir providus (Moses) elato auditore (Hobab) colloquens, solatium petiit ut daret, ducem requirebat in via ut dux ei fieret ad vitam; plerumque enim persuadere elatis utilia melius possumus, si profectum eorum nobis potius quam illis profuturum dicamus, sique id quod petimus, nobis potius quam ipsis impendi postulemus.* Cum enim Hobab

nolisset acquiescere Mosi dicenti : *Veni nobiscum, ut beneficiamus tibi*; instat Moses ut maneat, quasi eo indigeat, dicens : *Noli nos deserere.*

HAEC DUCTOR NOSTER. Hebr. *eris nobis in oculos*, id est, *eris nobis dux*, ut ostendas ubi sint fontes, ubi pasca pro pecoribus nostris, ubi ligna, etc. Tacet Holiab : Unde verisimile est, eum acquiescisse, et mansisse cum Mose, ut dixi v. 29.

VERS. 55. — PROPECTI SUNT ERGO DE MONTE DOMINI (de Sinâ) VIAM TRIUM DIERUM ARCAQUE FODERIS DOMINI PRÆCEDERET EOS, q. d. : Profecti sunt per tres dies, nec ante castra fixerunt : in quibus diebus arca in quâ erant tabulæ foderis, puta tabulæ decalogi, antecedeat eos, arcaque incumbat columna nubis, quæ erat dux itineris, idque ad religionem arca et ad observandum decalogi, arca contenti, populo commendantur. An autem semper deinceps arca castra processerit, non omnino liquet. Abulensis ex Josepho affirmat : si enim hic processit, cur non et aliâs deinceps ? Portabatur autem arca à quatuor Levitis Caathitis, ut patet cap. 3 et 4 ; et 1 Paralip. 15, 45. Licet enim subinde, in gravi causâ, arca portata sit à sacerdotibus, ut in transitu Jordanis, et in demolitione murorum Jericho, Josue 6, 6, tamen ordinariè portabatur à Levitis : neque enim eam continuè et semper portare potuissent sacerdotes, utpote qui tunc tantum essent duo, scilicet Eleazar et Ithamar, cum patre suo Aaron pontifice, qui arca et omnibus Levitis, vasisque sacris superintendere debebat.

PROVIDENS CASTRORUM LOCUM. Hebr. *ad explorandum*, vel *investigandum illis requiem*, id est, locum in quo commodè quiescerent et figerent castra, ubi scilicet erant gramina et pabula pro ovibus, bobus et jumentis, ubi erant fontes et aquæ, aer salubris, etc. Facebat hoc columna nubis, utpote dux itineris, et consequenter arca, cui nubes incumbebat. Secundo, arca providebat castrorum locum, quia prævidendo tollebat serpentes, feras, et cetera viarum incommoda, ait Abulensis. Verùm prior sensus genuinus est, cumque exposcit vox hebr. *tu quæ propriè explorare significat*, non tollere.

VERS. 55. — CUMQUE ELEVARETUR ARCA, ad portandam eam in motu castrorum. Rabini hoc v. 55 et cap. sequent. v. 1, scriperunt duas litteras *nu* in versâ in textu Hebræo, scilicet *nu*am in verbo *binsona*, id est, cum proficiscerentur, alteram in verbo *hemitonienin*, id est, cum murmurent. Priori *nu* inverso significant benevolentiam Dei conversionem ad populum, ob preces Mosi, posteriori impietatem et ingratitudeinem populi, volentis reverti in Ægyptum. Hoc rabbinicum et cabalisticum est.

DICEBAT MOYSES : SURGE, DOMINE, ET DISSIPENTER CAPUT XI.

1. Interea ortum est murmur populi, quasi audientium pro labore, contra Dominum. Quod cum didisset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Dominus devoravit extremam castrorum partem.

INIMICI TUI. Nota. Deus olim se maximè representabat per arcam : orat ergo hic Moyses, ut surgente arca, surgat etiam Deus, quasi qui hætenus cogetur ad viam præcedendam et præmuniendam, dissipandosque hostes suos ; id est, gentes vicinas, quæ populi sui erant hostes, à facie sua, ut videlicet coram arcâ Domini, vel eâ visâ metu correpti diffugiunt. Hinc ea Israelitis in arcâ Domini fuit confidentia, ut eam producerent ad castra tempore belli, idque magno hostium pavore, tumque Deum sibi præsentem, seque adjuvantem crederent, ut patet ex gestis tum Josue c. 6, tum Heli 4 Reg. 4. 5. Ex hisce verbis et oratione Moysis, ait Abulensis, inolevit in Ecclesiâ mos, ut initio Horarum Canonicarum dicatur : *Deus in adiutorium meum intende*, scilicet ad nos adjuvandum et dirigendum in psalmodiâ. Rursum abbas Marcellus in Prato spirituali c. 452, ait, nihil ita esse utile nihilque ita contristare demones ac psallere. *Nam cum psallimus, ait, partim nobis ipsis, Deum laudando, oramus, partim demonem maledictis incessimus, ut cum dicimus : Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus.* Magis mirabile, magisque ad praxim redigendum est, quod scribit S. Athanasius ad Antiochum q. 14 : *Non existit, ait, in toto tam veteri, quam novo Testamento verbum terribilius, atque magis nostram disperdens potestatem (id est, diabolum) quam initium Psalmi 67 (quod ex hisce Moysi verbis et precibus desumptum est) : quoniam enim dicto verbo : Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus ; mox ululus evanescit et disparet diabolus, ostendens hujus orationis virtutem et operationem.*

Hinc angelus apparens, psallensque cum orationum interjectione, monachos docuit modum psallendi, indeque Psalmi duodecim in Horis nocturnis et diurnis per totam Ægyptum cantantur, inquit Cassianus lib. 2 hyst. c. 5. Sicut angeli alternis canentes visi à S. Ignatio, docuerunt chorum alternis canere, quod Græci vocant *diatropion* *phylaxia*, unde Antiphonarum nomen et origo, ut alibi ex veteribus historicis ostendi ; ita nocte et die psallebat sine intermissione Isidorus presbyter in Vitis Patr. lib. 5, tit. 11, n. 17.

VERS. 56. — CUM AUTEM DEPOSERETUR (ARCA) AERAT : REVERTERE, DOMINE, ad castra videlicet, quæ arcam et Dominum sequebantur. Nam cum columna nubis sisteret, arcaque deponeretur, ibi simul castra figebantur circumcirea : in medio enim castrorum fixorum erat arca. Orat ergo Moyses, ut Dominus redeat ad medium castrorum, ut omnia castra tueatur.

AD MULTITUDINEM EXERCITUS ISRAEL. Hebræicè, *ad myriades militum Israel*. Tradunt enim Hebræi, tres milliones hominum cum Mose ex Ægypto exiisse, et peregrinatos esse per desertum versus Chanaan.

#### CHAPITRE XI.

1. Cependant le peuple se laissa emporter au murmure contre le Seigneur, comme se plaignant de la fatigue qu'il endurait. Le Seigneur l'ayant entendu, entra en colère, et une flamme qui venait du Seigneur s'étant allumée contre eux, dévora tous ceux qui étaient à l'extrémité du camp, et qui, se trouvant plus éloignés de Moïse, s'abandonnaient plus aisément au murmure.

2. Cùmque clamasset populus ad Moysen, oravit Moysen ad Dominum, et absorptus est ignis.

3. Vocavit nomen loci illius incensio, eò quòd meatus fuisset contra eos ignis Domini.

4. Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrant desiderio, sedens, et flens, junctis sibi pariter filiis Israel, et ait : Quis dabit nobis ad vescendum carnes ?

5. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis : in mentem nobis veniunt cucumeres, et pepones, porrique, et cepæ, et allia.

6. Anima nostra arida est : nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man.

7. Erat autem man quasi semen coriandri, coloris bdellii.

8. Circuibatque populus, et colligens illud, frangebatur molâ, sive terebat in mortario, coquens in ollâ, et faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

9. Cùmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter et man.

10. Audivi ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valdè : sed et Moysi intoleranda res visa est.

11. Et ait ad Dominum : Cur affixisti servum tuum ? Quare non invenio gratiam coram te, et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me ?

12. Numquid ego concepì omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi : Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro quâ jurasti patribus eorum ?

13. Undè mihi carnes ut dem tante multitudini ? Flent contra me, dicentes : Da nobis carnes ut comedamus.

14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi.

15. Sin aliter tibi videtur, obsecro ut interficias me, et inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.

16. Et dixit Dominus ad Moysen : Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri : et duces eos ad ostium tabernaculi foderis, faciesque ibi stare tecum.

17. Ut descendam et loquar tibi : et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris.

18. Populo quoque dices : Sanctificamini : cras comedetis carnes. Ergo enim audivi vos dicere : Quis dabit nobis escas carniarum ? bene nobis erat in Ægypto ; ut det vobis Dominus carnes et comedatis,

19. Non uno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem ;

20. Sed usque ad mensum dierum, donec exeat per naves vestras, et vertatur in nauseum, eò quòd reperieritis Dominum, qui in medio vestri est, et flevit

2. Alors le peuple ayant adressé ses cris à Moïse, Moïse pria le Seigneur, et le feu s'éteignit et entra dans la terre d'où il était sorti.

3. Et il appela ce lieu Incensio, parce que le feu du Seigneur s'y était allumé contre eux.

4. Ce châtiment ne les rendit pas sages pour longtemps ; car peu de jours après, une troupe de petit peuple qui était venu d'Égypte avec eux désira de la chair avec une grande ardeur ; et s'étant assis en pleurant, ils attirèrent à eux les enfants d'Israël qui, entrant dans leurs sentiments, commencèrent à dire : Qui nous donnera de la chair à manger ?

5. Nous nous souvenons des poissons que nous mangions en Égypte presque pour rien ; les concombres, les melons, les oignons et l'ail de ce pays-là, qui sont excellents, nous reviennent à l'esprit.

6. Notre vie est languissante ; nous ne voyons que manne sous nos yeux.

7. Or, la manne était, pour la figure et pour la grosseur, comme la graine de la coriandre, et elle était de la couleur du bdellium ou de la perle.

8. Le peuple l'allait chercher autour du camp, et l'avant ramassée, il la broyait sous la meule, ou il la pilait dans un mortier ; il la mettait entre ensuite dans un pot, et en faisait des tourteaux, qui avaient le goût comme d'un pain pétri avec de l'huile.

9. Quand la rosée tombait dans le camp durant la nuit, la manne y tombait aussi en même temps.

10. Moïse entendit donc le peuple qui pleurait chacun dans sa famille, et qui se tenait à l'entrée de sa tente. Alors le Seigneur entra dans une grande fureur, et ce murmure parut aussi insupportable à Moïse ;

11. Et il dit au Seigneur : Pourquoi avez-vous affligé votre serviteur ? Pourquoi est-ce que je ne trouve point grâce devant vous, et pourquoi m'avez-vous chargé du poids de tout ce peuple ?

12. Est-ce moi qui ai conçu toute cette grande multitude, ou qui l'ai engendrée, pour que vous me disiez : Portez-les dans votre sein comme une nourrice accoutumée de porter son petit enfant, et menez-les dans la terre que j'ai promise à leurs pères avec serment ?

13. Où trouverai-je de la chair pour en donner à si grand peuple ? Ils pleurent et crient contre moi, en disant : Donnez-nous de la viande, afin que nous en mangions.

14. Je ne puis porter seul tout ce peuple, parce que c'est une charge trop pesante pour moi ; je vous supplie de m'en décharger.

15. Que si votre volonté s'oppose en cela à mon désir, je vous conjure de me faire plutôt mourir, et que je trouve grâce devant vos yeux, pour n'être point accablé de tant de maux.

16. Sur quoi le Seigneur répondit à Moïse : Assemblez-moi soixante-dix hommes des anciens d'Israël, que vous savez être les plus expérimentés et les plus propres à gouverner ; et menez-les à l'entrée du tabernacle de l'alliance où vous les ferez demeurer avec vous.

17. Je descendrai là pour vous parler : je prendrai de l'esprit qui est en vous, et je le leur en donnerai, afin qu'ils soutiennent avec vous le fardeau de ce peuple ; et que vous ne soyez point trop chargé en le portant seul.

18. Vous direz aussi au peuple : Purifiez-vous : vous mangerez demain de la chair que vous donnera le Seigneur, car je vous ai entendu dire : Qui nous donnera de la viande à manger ? Nous étions bien en Égypte. Le Seigneur vous donnera donc de la chair, afin que vous en mangiez,

19. Non un seul jour, ni deux jours, ni cinq, ni dix, ni vingt,

20. Mais pendant un mois entier, jusqu'à ce qu'elle vous sorte par les narines, et qu'elle vous fasse soulever le cœur ; parce que vous avez rejeté le Seigneur qui est au milieu de vous, et que vous avez pleuré des